



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 92. Hungaria denuo a rebellibus Calvinistis infestata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. XCII.

Sæc. XVII.

A. C. 1678.

Hungaria denuo a rebellibus Calvinistis infestata.

Nascitur hoc anno die vigesima sexta Junii summis Leopoldi Cæsaris ac Catholicorum votis exoptatus Filius Josephus I. qui in spem Imperii, totiusque Domus Austriacæ præ ceteris Augustæ ac tot ditionum, dignitatumque accessu felicissimæ excrevit: quoniam vero nulla felicitas, nullumque fortunæ ac naturæ beneficium in terris sine tristitiæ sæcibus affundi solet, raroque Principum magnitudo adversus æmulum invidiam, & hæreticorum motus satis tuta est, ita quoque Sectarii ac præcipue Calvinistæ sub consueto libertatis, religionisque tuendæ obtentu in Cæsaris perniciem hoc item anno conspirabant; quamvis enim Cæsar de sedandis rebellium Hungarorum tumultibus Viennæ sedulo deliberasset, & Calviniani Proceres ad Regni comitia suos ablegassent Deputatos, nihilominus tamen, cum plenam suæ sectæ libertatem, qua hucusque ad Austriacæ Domus exitium, & Catholicorum oppressionem abusi sunt, a Cæsare extorquere haud possent, hinc belli induciis omnino neglectis ad arma rediere, in-

Theatr. Europ. tom. II. Jæger Hist. Eccl. I. 8. cap. 7.

Derwirrt. Ungarn. p. 239. 231.

Sæc. XVII humanisque direptionibus Hungariæ Re-
A.C. 1678. gnum foede devastarunt. Ad haec
 vero perfidiam nuperis Torvalli Gallici
 Comitis literis, novis Töckelii Anti-
 signani sui suggestionibus, Abassii Tran-
 sylvaniæ Principis, necnon Poloniæ
 & Franciæ Regum auxiliis denuo ex-
 citabantur; igitur Hungarici Calvinistæ
 auro & milite Gallico adjuti Cæsareis
 copiis ubique gnaviter obsistunt, illis-
 que sæpius profligatis agros & oppida
 a Cæsareo milite obsessa deprædantur,
 necnon decem tormentis, validoque
 belli apparatu ex Transylvania submisso
 instructi, Mongatiam arcem inopino
 impetu intercipere tentant: ast inde
 repulsi, Nagibaniam contendunt, ibi-
 demque barbara crudelitate Catholicor-
 um Tempia dolabris, uncis & ligoni-
 bus aperiunt, Altaria evertunt, nihil-
 que sacrum a suo furore intactum, nil
 integrum relinquunt: Matronas & Vir-
 gines stuprant, nec corporibus, nec
 cultu foeminarum abstinere, Regiam
 officinam monetalem diripiunt, atque
 incolas decem aureorum millibus ex-
 tortis, ad homagium Töckelio præ-
 standum vi adigunt. Nondum satiata
 libidine, ac Religionis odio insuper
 Ragotsium Principem Catholicum Ar-
 væ intercipere, & Basserunam arcem
 occupare aggrediuntur; verum a Cæ-
 sareis

fareis ruditer excepti, non sine magna Sæc. XVII.
 suorum clade retrocedere coacti sunt, A.C. 1678.
 captis Tribunis quamplurimis, ipsoque
 Gallico ærarii Præfecto, qui Casso-
 viam a Cæsareo milite abstracti sunt:
 Sub idem tempus quidam Josephus
 Jesuita, qui a Cæsareis ad rebellium
 castra deficiens, *Josue* nomen sibi im-
 posuit, ac collectis suorum sex milli-
 bus in Cæsaris ditiones irruit, nec non ra-
 pinis & incendiis multas late regiones
 depopulatus est, omnique crudelita-
 tum genere miseros incolas divexans,
 ipsos etiam Turcas ad barbaras ejus-
 modi direptiones incitavit: Töckelius
 quoque montanas Hungariæ superioris
 urbes occupavit, cæsis tamen suorum
 bis millibus a Wurmio, & Dunewaldo
 strenue repressus, suburbia Cassovien-
 sia in cineres redegit, vicinaque oppida
 & pagos expilavit: pari etiam crudeli-
 tate Tockaiam urbem incontinenti in-
 cendio, occupatis quatuor propugna-
 culis delevit, atque Eperesium obse-
 dit, mox tamen a Lesleo Cæsareæ mi-
 litæ Præfecto repulsus, ac mulctatus,
 Palsii Comitatus oppida partim incendit,
 partim immodicis exactionibus exhau-
 sit; tandem vero a Dunewaldo & Ester-
 hasio non una clade protritrus, tanti-
 sper a grassando abstinuit: Paulopost
 successu Calvinianis rebellibus infausto
 Polo-

Sæc. XVII. Polonus quidam Bellidux cum suis in
A. C. 1678. currus ter centum florenorum millibus,
 omnique belli apparatu, quem Hungaris Bethunius Gallicus in Polonia Legatus submiserat, onustos irruit, ac cæsis quatuor Gallicis Tribunis, dissipatisque ceteris prædam ad Cæsareos reduxit, incassum Oratore apud Poloniæ Regem de violato fœdere querente. Tandem vero Cæsar, partim suorum subditorum sortem misertus, partim peste per Regnum & Austriam grassante territus, rebellibus Calvinistis Regni comitia, præteritorum oblivionem, certisque in locis sectæ exercitium spondit: cum autem hi præter criminum oblivionem Ecclesiasticos Regno excludi, omnia Templo restitui, sectæ libertatem concedi, suæque Nationis Palatinum creari peterent, & solita sua pertinacia aliis iniquis suis postulatis insisterent, idque a Cæsare denegatum esset, hi novis direptionibus atque incendiis omnia circumquaque posita funestare perexerunt.

§. XCIII.

Noviomagensis pax.

Theatr. pac.
part. 2.
pag. 607.
Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 39.

Ineunte hoc anno Carolus Angliæ Rex cum Batavis pacem Hagæ Comitum die decima Januarii eo fine conciliabat, ut